

LEO EPISCOPVS VVIENNENSIS.



Leo à Spaur nobili loco ortus est in comitatu Tyrolensi. Hic bonis literis operam dedit, atq; multis uirtutibus exornatus fuit. Cum itaq; Fridericus pius Cæsar antiquum Fauianorum Episcopatum restituere, & præposituram præsuli cōmitere statuisset, hunc Leonem primum episcopum eius loci constituit, atq; ei præposituram cum alijs monasterijs & ecclesijs certaq; ditiōe subiecit. Impetrauit etiā Fridericus (qui & Austriae archidux et Imperator erat) eiusdē ecclesię priuilegiū à Pau lo 2 pontifice. Itaq; Leo magna diligentia noui Episcopatus res composuit, atq; ut pietas promoveretur, & uitia extirparentur egregie cauit. Cum hoc modo pergeret, immatura morte obiit, anno officij 5. Ut autem eius successores cognoscamus, eos subiçere placuit.